

eynem manne gnant Viet Schripin 1 ß gr. uff Michaelis und 1 ß gr. uff Walpurgis, das an eyner summa III ß brenget, in der pflege zcu Ronneberg gelegen, zcu glichem teil vorschriben und bekant zcu irer enthaldung, also wenne der junckfrawen eyne mit tode abegangen ist, so sal die am leben blibet die obgeschriben III ß<sup>a</sup>) zcinse jerlich zcu iren lebetage haben und gebruchen, und das virde ß gr. sal wider hinder sich an Titzen und sine erben komen; wenne aber die junckfrawen bede mit tode abgangen sint, so sollen die III ß hynnoch Titzen und sinen erben wider zcukomen und gefallen. Actum Liptzk presentibus Reusse, [Jorge von Hugewitz] canczler, Loser 2c.

## 55.

*Der apostolische Nuntius Marinus de Fregeno ertheilt dem Nonnenkloster, welches Geld zum Kriege wider die Türken beigesteuert hat, eine Vergünstigung in Betreff der Beichte.* 1458 Apr. 9.

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 7570. — Das zerbrochene aber noch deutlich erkennbare S. an einer Schnur.*

*Anm.: Ueber Marinus de Fregeno vergl. Cod. dipl. Sax. reg. II. 3, S. 126 Anm. 1.*

Universis et singulis presentes inspecturis nos Marinus de Fregeno juris canonici peritus, subdyaconus Parmensis diocesis a sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Calisto divina providencia papa tercio ad executionem indulgenciarum pro defensione fidei christiane contra Turcos per ipsum sanctissimum dominum nostrum papam concessarum per Norroegie Gocie et Littuanie regna sive principatus cum suis adherenciis nec non Magdeborgensem et Leopoliensem provincias et dioceses ac Bamwergensis et Monasteriensis diocesum civitates et loca per alia nonnullaque regna provincias dioceses ac loca Germanice nacionis nuntius et collector specialiter deputatus, notum facimus, quod<sup>a</sup>) totus devotus in Christo conventus monialium in Lipzk extra muros<sup>b</sup>) prout in consciencia sua asseruit contribuit predicto operi defensionis orthodoxe fidei et in loco ordinato reposuit juxta dictarum indulgenciarum tenorem. Ea propter quicumque sacerdos secularis vel regularis alias discretus, quem in confessorem elegerit, semel in vita ab omnibus peccatis et in casibus sedi apostolice reservatis nec non ab omnibus censuris ecclesiasticis absolvendi, injuncta sibi pro modo culpe penitencia salutari et aliis que de jure fuerint injungenda, ac ei in mortis articulo omnium peccatorum suorum, de quibus penitens et confessus<sup>c</sup>) fuerit, plenariam remissionem concedendi auctoritate apostolica habeat facultatem, prout in litteris apostolicis penes nos repositis laciis continetur, et sub ista forma, videlicet in vita: Dominus noster Jhesus Christus dignetur te absolvere et ego auctoritate sanctissimi domini nostri pape ac sedis apostolice in hac parte michi commissa absolvo te ab omni sententia excomunicacionis suspensionis et interdicti a jure promulgata nec non ab omnibus peccatis tuis contritis confessis et oblitis; in mortis vero articulo confessor addat: Et remitto tibi omnem penam pro tuis

54. a) III ß ist über der Zeile eingeschaltet.

55. a) quod quod. b) quod totus bis muros mit anderer Tinte eingetragen. c) peniten et confess, unergänzt geblieben.